

FRANCISCI ANTONII

ORTEU ET DE COPONS,

EQUITIS CATALAUNI

DE

DISCIPLINA MORUM

EX JURE CANONICO

MODERATE TRADENDA

ORATIO.

HABITA AD CERVARIENSES

Academicos in petitione Canonici

*Ex a la Libre-  
ria del R. Colegio de la Comp.<sup>a</sup> de Jesus de Salamanca*

'A. D. VII. cal. Maj. An. MDCC. LVIII.



CERVARIAE Lacetanorum: Typis Academicis;  
apud ANTONIAM IBARRA viduam.

ILLUSTRISSIMO VIRO

D. ALFONSO MUÑIZ,

MARCHIONI DEL CAMPO

de Villar, Regio Secretioris Consilii

Commentariensi cet. cet.

FRANCISCUS ANTONIUS ORTEU

FELICIT. PREC.

ΚΑΙΤΟΙ σμικροί, μεγάλων χωρίς,  
σφαλερόν πύργον ῥῦμα πέλονται.  
μετὰ γὰρ μεγάλων ἑαῖς ἄριστ' ἄν.

*licebit enim mihi, VIR. CLAR. his TE  
versibus alloqui praestantissimi poëtae (a)  
Sophoclis: quibus ego cum amplitudinem,  
dignitatemque TUAM, inter magnos Hispan-  
niae nostrae viros maximam, honoris causa*  
¶ *prae-*

---

(a) Sophoc. in Aja. Flag. vers. CLVIII.

DE DISCIPLINA  
MORUM  
EX JURE CANONICO  
MODERATE TRADENDA  
ORATIO.

I.



I quanta semper fuit in jure Canonico, jam inde ab initio christianae reipublicae, legum quidem ipsarum aequitas, utilitas, atque amplitudo

ranta semper ad hanc nostram memoriam fuisset illius studii, professionisque felicitas, Cervar. Acad.: quemadmodum praeceptorum suorum justitia, & majestate plurimum ceteras artes ecclesiastica prudentia superat; ita ecclesiasticae prudentiae tractatio, ac disciplina ceterarum artium tractationem, atque doctrinam multis partibus perpetuò superasset. Atque hanc quidem